Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

huiꝰ temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Indura cor
tuum quasi lapidem contra tribulationem respice ad illum qui se pater nostrum uoluit no
minari. Quare non intelligis quod te diabolus semper obsidet & nimia secu
ritate decipit. Cogita illam nimiam effusionem cum ante eos apparuerint
quos uidisti sacerdotes magnos lucerna ardentes & lampades expiritales.
Imitare si potes qui indesinenti luctu & oratione continua beatam splendi
dissimam requiem & sedem paradysi occupauit. Iacta in dm cogitatum tuum
& ipse te enutriet. Iram superbiam extumescentiam maledicta extingue & detesta
re. Detractionem inuidiam amaritudinem blasphemiam extingue & detesta
re. Odia auaritiam uanitatem & omnem sermonem malum extingue & de
testare. Hec si que te inimicum diabolum faciunt & exulcerant & exputrescere
faciunt animam tuam. Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicite cogita
ut proximum esse die emigrationis tuae. Obserua ne te inultimi tui de
trimi & fidissimi demones excipiant. Obserua ne te crudelissimi in
fernorum terrores & mors & erna suscipiant. Obserua ne mors tua luctus sit
angelis. Obserua ne gaudium inimicis deueniat. Cogita illam horam qua
anima tua aut adulta aut ad mortem trahenda est. Qa te iam importune
manifestum est. Tene te ad humilitatem & timorem dei. benignitatem uel
puritatem cordis. Tene te ad patientiam & mansuetudinem. mitem & karita
tem. tene te ad karitatis silentium & magnanimitatem & orationis instan
tiam. Tene te ad crucem ut non facias uoluntatem tuam. quasi sclo defunctus
& erna scilicet ac beata pennitate permansurus. Fiat te samson con
sentiens eo. exerce te desinu meretricis carnis tuae. ne abradat secum
operum crines de anima tua. & tradat te inimicis & eruant oculi tui
quos dm uidet. & lumen oculorum tuorum qui est patris & filii & spiritus sancti gratia
trium. Repara inter crescentes uirtutum crines. & una cum inimicis carnis
tuae utinam moriantur. Cum hec omnia que preceptis intentu corde perspexeris
& implere animi uirtute extenderis. amenitatem paradysi accedere
dignum futuro uitae & consortium angelorum meruberis obtinere.

Incipit epistola sci Columbani abbis

O tu uita quantos decepisti. quantos excecasti. quantos seduxisti. que diu fulges nihil es.
diu uideris umbra es. diu stas fumus es. que cotidie fugis. & cotidie
uenis. Ueniendo fugis. que fugiendo uenis. dissimilis euentu simili ortu.

Securitatem subostrat et cogitationum malarum iucia. spiritum fornicationis extingue. detestare.